

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum homo absque gratia, per solam naturalem præparare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. I. ARTIC. VII.

Spiraculum vitæ: frustra autem formasset corpus, si inspirando animam formam quam formando indiderat, excluderetur: nō ergo adueniente anima tolluntur omnes formæ præcedentes.

¶ Præt. Necesse est q[uod] anima sit in corpore formatu & disposito multis dispositionibus. si ergo adueniens anima omnes præcedentes formas & dispositiones amouet, sequitur q[uod] in instanti anima totu[m] corpus formeret, quod videretur esse solius Dei.

¶ Præt. Anima non est nisi in corpore mixto: sed mixto elementorum non sit solum secundum materiam, sed etiæ secundum formas, alioquin esset corruptio. ergo anima non excludit omnes formas in materia inuentas.

¶ Præt. Anima est perfectio: perfectionis autem non est corrumpere, sed perficere. non ergo adueniens corpori corrumpit formas præexistentes.

S E D C O N T R A. Omnis forma adueniens existenti in actu, est forma accidentalis. Forma n. substantialis facit esse actu simpliciter: sed si anima adueniens non defrueret præexistentes formas, sed ei superadderetur, sequeretur quod adueniret existenti in actu, quia qualibet forma cum sit actu, facit esse in actu. ergo anima adueniens excludit formas præexistentes.

R E S P O N S U M. Dicendum, q[uod] impossibile est in uno, & eodem esse plures formas substantialis, & hoc ideo, quia ab eodem habet res esse & unitatem. Manifestum est autem q[uod] res h[ab]et esse per formam. Vnde & per formam res h[ab]et unitatem, & p[ro]p[ter] hoc ubiq[ue], est multitudo formarum, non est vnu simpliciter, nec animal bipes est vnu simpliciter, si ab alio esset animal, & ab alio bipes, vt Philos. dicit. Sed sciendum est, q[uod] formas subales se habent adiuuicem sicut numeri, vt dicit in 8. Met. vel etiæ sicut figura, vt de partibus anima, dicit Philos. in 2. de anima. Semper n. maior numerus est, vel figura virtutis continet in se minorem, sicut quinarius quaternarium, & pentagonus tetragonum. & similiter perfectior forma virtute continet in se imperfectiorē, vt maxime in animalibus patet. Anima n. intellectu[m] habet uitatem ut conferat corpori humano quicquid certi sensitiua in brutis, & similiter sensitiva facit in animalibus quicquid nutritiua in platis, & adhuc amplius, frustra ergo esset in homine alia anima sensitiva præter intellectu[m], ex quo anima intellectu[m] uitute continet sensitivam: & adhuc amplius, sic frustra adseretur quaternarius posito quinario. Et eadem ratio est de omnibus formis substantialibus vñq[ue] ad materiam primam, ita q[uod] non est in homine diuersas formas substantiales inuenire, sed solum rationem: sicut consideramus eum ut viventem per animam nutritiuan, & ut sentientem per animam sensitivam, & sic de alijs. Manifestum est autem quod q[uod] adueniente forma perfecta tollitur forma imperfecta, sicut etiam adueniente figura p[er]tagoni, tollitur quadrati: unde dico quod adueniente anima humana tollitur forma subali, q[uod] prius inerat, alioquin gnatatio esset sine corruptione alterius, quod est impossibile. Forma vero accidens tales quae prius inerant disponentes ad animam, corruptiuntur quidem non per se, sed per accidentes corruptionem subiecti, vnde manent eadem specie, sed non eadem numero: sicut etiam contingit circa dispositiones formarum elementarum, quae prius in materia aduenire apparent.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod secundum Basilium, spiraculum vita dicitur ibi gratia sancti spi-

ritus, & sic obiectio cessat. Si autem, ut Aug dicit, spiraculum vita sit ipsa anima, non oportebit dicere, q[uod] alia forma formatum sit corpus hominis de limo terræ, quam ipso spiraculo vita diuinatus inspirato. Non enim illa formatio tempore praecessit inspirationem nisi forte velutinus dicere illa formationem referri ad dispositiones accidentales, puta, figuram, & alia huiusmodi, que quodam rationis ordine preintelliguntur in corpore ante animam intellectu[m], sicut materiales dispositiones, quibus tam en præintelligitur ipsa anima intellectu[m] non in quantum est intellectu[m], sed in quantum continet in se virtutem aliquam de impetratoribus formis.

G A D S E C U N D U M Dicendum, q[uod] anima non aduenient corpori, non facit esse corpus effectu[m], sed formaliter tamen. Effectu autem facit corpus esse illud quod dat corpori formam ut periciens disponens autem illud quod præoperator ad hominem, paulatim autem, & ordine quodam inducit materialia ad propinquorem formam aut dispositionem. Quanto enim propinquior fuerit forma aut dispositio, tanto minor est distans ad introductionem formæ & dispositionis completae. Facilius enim fit ignis ex aere, quam ex aqua, quam utraque forma in immediate aditum materie.

A D T E R T I U M Dicendum, q[uod] Autem post formas elementorum actu remanente in mixto, non potest esse, quia formæ elementorum non possunt esse in una parte materiae simul, & sic oportet esse in diversis materiae partibus, quæ distinguuntur secundum dimensiones quantitatis divisiones, & sic oportebit quod vel plura corpora simul, vel quod non sit mixtio vera totius ad totum, sed mixtio ad sensum secundum minimam iuxta se positionem. Autem ergo autem in 3. li. de celo, dicit quod domini elementorum sunt medie inter formas accidentiales & substantialis, & q[uod] recipiunt magis & minus, & sic formæ elementorum remissis, & quodam modo ad medium redactis, quodammodo fit similitudo. Sed hoc est minus possibile quam primum, nam forma substantialis est terminus quidam esse specifici, unde in individuabilis est ratio formæ, nec ratio numeri & figure, nec est possibile ut invenatur, vel remittatur, sed omnis additio, vel subtrahit facit alienam speciem.

Et ideo alter dicendum secundum philos. de generatione, q[uod] formæ miscibilia non manent in mixto actu, sed in uitute, prout si virtus forma substantialis manet in qualitate elementari, licet remissa, & quasi ad medium redacta qualitas elementaris agit in uitute formæ substantialis, alioquin actio, quæ est per calorem ignis, non terminaretur ad medium substantialia.

A D Q U A R T U M Dicendum, q[uod] anima est finis generationis, & formæ miscibilia non manent in mixto actu, sed in uitute, prout si virtus forma substantialis manet in qualitate elementari, licet remissa, & quasi ad medium redacta qualitas elementaris agit in uitute formæ substantialis, alioquin actio, quæ est per calorem ignis, non terminaretur ad medium substantialia.

Ad PRIMUM ergo dicendum, q[uod] anima est finis generationis, & formæ miscibilia non manent in mixto actu, sed in uitute, prout si virtus forma substantialis manet in qualitate elementari, licet remissa, & quasi ad medium redacta qualitas elementaris agit in uitute formæ substantialis, alioquin actio, quæ est per calorem ignis, non terminaretur ad medium substantialia.

A D S E C U N D U M sic procedebatur. Videlicet libertatem possit se ad gratiam preparare, quia a uero liberto, 16. Hominis est preparare animum, hoc autem dicitur esse alicuius, quod est in eius potestate constitutum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum homo absque gratia per solam naturalem arbitrii libertatem possit se ad gratiam preparare.

QVODLIBET. I. ART. VIH.

3

constitutum. ergo in potestate hominis constitutum est, quod possit sead gratiam præparare, non ergo indiget auxilio gracie.

¶ Præt. Anselm. dicit in li. de casu diaboli, quod non ideo aliquis caret gratia, quia Deus non vult dare, sed quia ipse non vult accipere. si ergo vellet accipere, posset accipere. potest ergo si vult, se ad gratiam præparare absque exteriori auxilio.

Sed dicebar, quod homo indiget hoc auxilio gratiae quantum ad exterius mouens. Sed contra. Homo potest moueri ad conversionem non solù ex bonis sed etiā ex peccatis, sicut si aliquis videat aliquem enormiter peccantem, & ex horrore peccati ad Deum convertitur: sed peccatum non est a Deo, ergo absque Dei operatione potest se ad gratiam præparare.

SED CONTRA. Per hoc ad gratiam præparamur, qd ad Deum cōuertimur: sed ad hoc indigemus auxilio diuinæ gratie. dñ. n. Tren. 4. Converte nos Dñe ad te, & conuerteremus. ergo homo indiget auxilio gratiae diuinæ ad hoc qd se ad gratiam præpararet. ¶ Præt. Ad nihilum nō potest homo se præparare nisi cogitando: sed ad hoc ipsum indiget homo auxilio gratiae. dñ. n. 2. Cor. 3. Non sufficiens sumus cogitare aliqua nobis, quasi ex nobis. ergo indigemus auxilio diuinæ gratiae ad hoc, quod nos ad gratiam præparamus.

R E S P O N S O. Dicendum, quod in hac questio ne cauendus est error Pelagi, qui posuit qd per liberum arbitrium homo poterat adimplere legē, & uitam æternam mereri, nec indigebat auxilio diuinio, nisi quantum ad hoc qd se facere deberet, secundum illud psal. 142. Docce me facere voluntatem tuam: sed quia hoc nimis parum videbatur ut solam scientiam haberemus a Deo, charitatem autem qua precepta legis implentur, habemus a nobis, ideo postmodum Pelagiani posuerunt qd initium boni operis est homini ex seipso, dum consentit fidei per liberum arbitrium, sed cōsummatio est homini a Deo, preparatio autem ad initium boni operis pertinet. Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quod homo possit sead gratiam præparare absque auxilio diuinæ gratiae, & est contra Apostolum, qui dicit ad Phil. 1. Qui ce pit in uobis opus bonum, ipse perficit.

Dicendum est ergo, quod homo indiget auxilio gratiae non solù ad merendum, sed etiam ad hoc qd se ad gratiam præparat, aliter tamen & alter. Nam meretur homo per actum virtutis, cum iū solū bonum agit, sed bene, ad quod requiritur habitus, vt dñ in 2. ethi. & ideo ad merendum, requiritur habitualiter gratia: sed ad hoc qd homo præparat se ad habitum consequendum, nō indiget alio habitu, quia sic effet procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non solū quantum ad exterioria mouentia, prout, s. ex diuina prouidentia procurantur homini occasiones salutis, pura, predicationes, exempla, & interdum ægritudines & flagella: sed et quantum ad interiorum motum, put Deo cor hominii interius mouer ad bonum, secundum illud Prover. 21. Cor regis in manu Dei, quodcumque uoluerit vertet illud, & qd hoc necessarium sit, probat Philo in quodam c. de bona fortuna. Hoc enim agit voluntate, uoluntatis autem principium est electio, & electionis cōsiliū. Si autem queritur, qualiter consiliari incipiatur, non potest dici qd ex consilio consiliari inciperit, quia sic effet in infinitum procedere. Vnde oportet aliquid exterius principium esse, qd moueat mentem humanam ad

A consiliandum de agendis. Hoc autem oportet esse aliquod melius humana mente, non ergo est corpus celeste, quod est infra intellectualem virtutem, sed Deus, vt Philo ibidem concludit. Sicut ergo omnis motus inferiorum corporum qd non semper mouentur, principium est motus coeli, ita omnium motuum interiorum mentium principium est a Deo mouente. Sic ergo nullus potest se ad gratiam præparare, nec aliquid boni facere, nisi per diuinum auxilium.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd per hoc qd hominis est se ad gratiam præparare per liberum arbitrium, nō excluditur neccesitas auxiliū diuinū, sicut nec per hoc quod ignis est calcificare, excluditur neccesitas caloris motus.

AD SECUNDUM Dicendum, qd Deus mouet omnia modum eorum, & ideo diuina motio a quibusdam participatur cum neccesitate, a natura autem rationali cum libertate propter hoc, qd virtus rationalis se habet ad oppolita, & ideo sic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quod ramen potest huic motioni resistere, & sic ex Deo est ut homo se ad gratiam preparat: sed quod gratia careat, non habet cām a Deo, sed ab homine, secundum illud Osee 13. Perditio tua ex te sis ac, tantummo ex te auxilium tuum.

AD TERTIUM dicendum, quod licet peccatum non sit a Deo, tamen Deus a peccatum quandoque ordinat ad hoc, vt sit aliquid salutis occasio.

B. 1096.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum primus homo in statu innocentie non dilexerit Deum super omnia.

A D TERTIVM sic proceditur. Videat, qd primus homo in statu innocentie non dilexit Deum, & p. q. 60. art. 3. & 5. super omnia, & plusquam seipsum. Sic enim diligeret Deum, meritorum est maximus: sed primus homo in statu illo non habuit unde posset profice re per meritum, ut dicitur in 24. diff. 2. li. sent. ergo primus homo in statu illo non dilexit Deum plus quam seipsum, & super omnia.

¶ Præt. Sic diligere Deum, est maxima preparatio mentis humanæ ad gratiam consequendam: primus autem homo in statu illo ponitur gratiam non habuisse, sed solam naturalia ergo non dilexit Deum plus quam seipsum, & super omnia.

¶ Præt. Natura in se recurva est, quia scilicet omnia que amat, retorquet ad se: sed propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum quam Deum: non ergo diligebat Deum super omnia.

SED CONTRA. Si non diligebat Deum plus quam seipsum, aut ergo minus se, aut aequaliter sibi, & vt roque modo sequitur qd seipso homo frueretur, dum se non referret in Deum: frui autem seipso inducit peruersitatem peccati, vt Aug. dicit. ergo primus homo in statu innocentie iam erat peruersus per peccatum, quod est impossibile. sequitur ergo vt diligenter Deum super omnia.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod si homo fuit factus in gratia, vt ex verbis Basili & Augu. haberi potest, quælibet ista locum non habet. Manifestum est enim quod existens in gratia, per charitatem dimilit Deum supra seipsum: sed quia possibile fuit Deo, vt hominem faceret in puris naturalibz, utile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extenderet possit. Dixerint ergo quidam, quod ho

Quodlib. S.Tho. A 3 mo,